Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

donec infirmetur. Sicut cera
que fluit auferentur. supercecidit
ignis et non viderunt solem
Priusquam intelligerent
spine vestre ramnum. sic viventes
sic in ira absorbet eos. Le
tabitur iustus cum viderit vin
dictam. manus suas lavabit
in sanguine peccatoris. Et
dicet homo si utique est fructus
iusto. utique est deus iudicans
eos in terra. psalmus david
Eripe me de inimicis
meis deus meus. et
ab insurgentibus in me libe
ra me. Eripe me de operan
tibus iniquitatem. et de viris san
guinum salva me. Quia ecce
ceperunt animam meam. irrue
runt in me fortes. Neque in
iquitas mea neque peccatum meum
domine. sine iniquitate cucurri et
direxi. Exurge in occursum
meum et vide. et tu domine deus virtutum
deus israel. Intende ad visitan
das omnes gentes. non miserea
ris omnibus qui operantur iniquita
tem. Convertentur ad vesperam
et famem patientur ut canes. et
circuibunt civitatem. Ecce
loquentur in ore suo et gladius
in labiis eorum. quoniam quis au
divit. Et tu domine deridebis
eos. ad nichilum deduces om
nes gentes. Fortitudinem
meam ad te custodiam. quia deus
susceptor meus es. deus meus
misericordia eius preveniet me. Deus
ostendit michi super inimicos meos
ne occidas eos. nequando ob
liviscantur populi mei. Disperge
illos in virtute tua. et depone eos
protector meus domine. Delictum
oris eorum sermonem labiorum
ipsorum. et comprehendantur in superbia
sua. Et de execratione et men
dacio annunciabuntur in consumma
cione. in ira consummacionis et non
erunt. Et scient quia deus domina
bitur iacob et finium terre. Con
vertentur ad vesperam et famem pa
cientur ut canes. et circuibunt civi
tatem. Ipsi dispergentur ad man
ducandum. si vero non fuerint sa
turati et murmurabunt. Ego
autem cantabo fortitudinem tuam
et exaltabo mane misericordiam tuam.
Quia factus es susceptor
meus et refugium meum in die tri
bulacionis mee. Adiutor
meus tibi psallam. quia deus su
sceptor meus es. deus meus misericordia mea